

*Semper ad quam nos juvenes senesq̄,
Tendimus unam.*

*Principem cum paupere namq̄, tollit,
Nec seni parcat, juveni nec ulli,
Nec rudi, aut docto: secat hæc sed omnes:
Falce rapaci.*

*Nec valet Tirynthius ille fortis,
Hic nec, utrum sis pius atq̄, justus,
Quærit ultor Sarcophagus, nec, utrum
Pessimus adsis.*

*Est hic exemplò (dolor heu!) peremptus
Falce ROMANUS rigidâ necis: Vos
Flete conjunctim juvenes senesq̄,
Fundite questus.*

*Sed quid intentum nimum esse prodest
Luctibus? namq̄, haud periit, sed ejus
Mortuum saltem placidè quiescit:
Corpus in urnâ::*

*Spiritus translatus in atria alti:
Ætheris jam gaudia mille carpit,
Atq̄, cum Sanctis celebrat Jehovah:
Voce perenni.*

*CHRISTIANUS Krebs / Gubenâ-Luf.
Diel*